N°. 4.

BASIA:
SIVE STRENA CAL. IAN.
AD IACOBVM HAYVM
Equitem illustrißimum.

Auctore
ROBERTO AYTONO.

LONDINI
Excudebat *Melch. Bradwood.*
1605.

BIBL. BRIT. EDINBURGENSIS

To the moſt worſhipfull and worthy *Knight*, *Sir* IAMES HAY, *Gentleman of his Maieſties Bedchamber.*

WHen *Ianus* keys vnlocks the gates aboue,
And throwes more age on our ſublunar lands,
I ſacrifice with flames offeruent loue
Theſe hecatombs of kiſſes to thy hands:
Their worth is ſmall, but thy deſerts are ſuch,
They'l paſſe in worth, if once thy ſhrine they tuch.

Laugh but on them, and then they will compare
With all the harueſt of th'Arabian fields,
With all the pride of that perfumed aire
Which winged troupes of musked Zephirs yeelds,
When with their breath th'embalme th'Eliſian plaine,
And makes the floures reflect thoſe ſents againe:

Yea they will be more ſweet in their conceat
Then *Venus* kiſſes ſpent on *Adons* wounds,
Then thoſe wherewith pale *Cynthia* did entreat
The louely Shepheard of the Latmian bounds,
And more then thoſe which *Ioues* Ambroſian mouth
Prodigaliz'd vpon the Troian youth.

I know they can not ſuch acceptance finde
If rigor cenſure their vncourtly frame,
But thou art courteous, and wilt call to minde
Th' excuſe which ſhields both me and them from blame,
My Muſe was but a Nouice into this,
And being Virgin ſcarſe well taught to kiſſe.

Your moſt addicted
ROBERT AYTON.

BASIA:
SIVE STRENA
CAL. IAN.

AD
IACOBVM HAYVM
Equitem illuſtriſſimum.

ECce per obliqui duodena habitacula circi
Luciferis qui fertur equis, reduciq́z rotatu
Inducit ſenium mundo Phœbeius axis.
Iam ſubit hoſpitium Iani, qui claue recludens
Secula, principium tribuit naſcentibus annis.
Inſtauranda pio veniunt ſolennia ritu,
Muneribuſque datis anni bona ſcæua futuri
Captanda eſt: etenim cedit fælicius annus
Si primum fauſtâ tranſmittas alite ſolem.
Mene igitur feſtas deceat tempſiſſe calendas
Cum paſſim genus omne virum delubra Patulci
Ingreditur, ſupplexq́z pias operatur ad aras?
Mene igitur (PRAELVSTRIS EQVES) *tua tecta ſubire*
Immunem & vacuum xenio, cum plurima paſſim
Strena datur, Chariteſq́z terunt vaga limina, denſis
Stipantes calathis venturi pignora lustri?
Dij melius; tu iure tuo vel dona neganti
Extorquere potes, nam blandi gratia vultus,
Acceſſus facilis, condita melle loquelæ,
Inſigniſq́z ardor bene de virtute merendi,
Me tibi deuotum deſponſauere clientem:
Nec mirum ſi forte meos prædatus amores
Hæc ſpolia e noſtro non grandia corde tuliſti,

Tu potis es Regum tacitas adlambere fibras
Virtutis magnete tuæ, philtroq́z potenti
Indolis ingenuæ Auguſtos inflectere ſenſus:
Tu rectæ inuidiam menti plærumq́z nouercam
Conciliare vales: tu Numina fœdere raro
Iuncta, ſimul ſocias cogis committere dextras
Fortunam [redacted] *& Meritum: ſub quorum ſoſpite ductu*
Aulai tumidum ſpumoſis fluctibus æquor
Fortiter inuectus, non vt pars maxima, in ipſo
Ludibrium portu ventis vndæq́z dediſti:
Verum euitatis breuibus, ſcopuliſq́z, vadiſq́z
Omnibus, in quæ uelà ſolent impingere paſſim
Aulica, ſpes omnes tutâ ſtatione locaſti:
Vnde alios, iam ſecurus, poſt reddita vota
Neptuno, partim fluitantes cernis in alto
Spemq́z metumq́z inter, partim inclementibus auris
Diſiectos, ſic vt nec raſi vertice crines,
Nec digitis vngues præſecti flectere diuos
Eualeant, luges vicina ab littoris actâ.
Quando igitur ſic cuncta tuo famulantur honori,
Quando igitur ſic cuncta tuos venantur amores,
Religio mihi ſit non obſeruare perenni
Obſequio Geniumq́z tuum, doteſq́z ſtupendas,
Quarum ope regalis inbar exorabile vultus
Perpetuo vſurpas, terras cum lampade Phœbus
Illuſtrat, lateri comes indiuiſus adhærens,
Et cum nox piceis mundum complectitur alis
Contiguis recubans ſtratis, ſanctoq́z cubili:
Præſertim cum prima dies reuolubilis anni
Cultibus officijſq́z vacat, cum munere ſignet
Obſequium quicumque tuis ſuccedere tectis,
Molitur, peream potius de millibus vnus
Millibus e multis quam ſolus aſymbolus adſim.
Sed quid agam heu demens? aut quo te munere iactem
Infælix?

Infœlix? mittamne Tagus quas voluit arenas?
Aut ab Erythræo collectas littore conchas?
Vasaue queis pretium fecit iactura Corinthi?
Non equidem tali vel censu nostra supellex
Luxuriat, nec si flueret tam diuite gaza
Hæc animo sint apta tuo: quam vilia semper
Duxeris auriuoro quæ plebs affectat hiatu,
Scit Tamesis quâcumq; fluit, scit Sequana, nouit
Ipse Tagus, flauâq; fluit pallentior vndâ
Despectas dum sentit opes quas deuehit alueo:
Ergo aliò iuuat ire, tuo quò strena paretur
par animo, sortiq; meæ non indecor: & iam
Occurrit satis esse mihi si more clientum
Non vllo grauis ære tuo me limine sistam,
Et tantum teneræ delibem basia dextræ.
Dic verum num ingrata iacent, num vilia sordent
Quæ tibi strigosi tenuis dat trama peculi,
Non credo: est nostris etiam sua gratia donis,
Et proprium quoq; pondus habent quo freta ruborem
Deponant, sperentq; sinus implere fauentes.
Non ego plebeij condita liquoribus oris
Basia promitto, non cuilibet obuia linguæ,
Sed non inuitæ forsan surrepta Mineruæ,
Sed non inuitis forsan Charitumq;, Dianæq;,
Atq; Nouensilium labris decerpta sororum:
Quæ magis vt constet quam sint pretiosa, parumper
Si vacat, Aonios mecum spatiare per hortos,
Et quo sint censenda loco mea basia, disces
Ex ipso cuius sunt hæc oracula Phœbo.
Fama est Intonso dilecti basia Branchi
Tam placuisse Deo, caput vt puerile coronâ
Ornarit, virgâq; manum decorauerit aureâ:
Nec satis esse ratus decorasse insignibus artis
Quæ populo responsa daret præsaga futuri,

Philesia sacra ab Apolline instituta in honorem Branchi.

Creditur

Creditur & puero ſacras ſtatuiſſe columnas,
Creditur & puero certamina ſacra dicaſſe,
In quibus, ex omni cirrata gente vocaret
Victorem præco, qui ſublabrare valeret
Doctius, & tenerâ melius dare baſia linguâ.
O lepidum ingenium ſacri certaminis, & quod
Spectaſſem potius quam vel quos Elis agones
Alphei exhibuit vitreas prope fluminis vndas,
Vel quæ Romanus dederat ſpectacula Prætor:
Et niſi decipior, quod tu laſciue Poeta
Cui non mille ſatis, non altera mille fuerunt
Baſia, non totidem rurſus ſuperaddita mille,
Non modo ſpectaſſes oculo ſaliente, relictis
Et Circo & Scena, ſed ſi licuiſſet inire
Certamen, toto fieri te corpore linguam
Optaſſes, olim vt naſum tuus ille Fabullus.
Nec tantum Phœbo placùerunt baſia, ſi quid
Credimus antiquis, totum cœleſtis Olympi
Concilium tali veneramine delinitum
Ritus oſculandi in ſacris antiquorum.
Ilico miteſcit: Nam cum gentilia paſſim
Dogmata ſuſpenſos ſacro terrore tenerent
Mortales, ſi quis ſuperûm fortaſſe cateruæ
Extorquere aliquid voluit, non maſcula thura
Accendit, non farre pio, ſalienteq; micâ,
Aut extis fecit potius, quam baſia fixit
Poſtibus, & calidæ redimitis cornibus aræ.
Romanenſes exoſculantur reliquias ſanctorum.
Adde quod hoc etiam ſeclo pars maxima mundi
Sic diuos veneratur, amant namq; ire per omnes
Sanctorum exuuias, & hianti gutturis hauſtu
Lambere proſtantem cineres quæ concipit vrnam.
Qui caſtus Tiberine tuos, & ſacra frequentant
Romulidum, varias terræ iam ſparſa per oras.
Iam vero humano generi tam grata feruntur
Baſia, delicijs iſtis vt caſſa ſubinde

Langueat,

Langueat, & cœtus imitetur vitaferarum:
Verte oculos quocumq; lubet, seu te ista morantur
Tempora, seu secli repetes exempla prioris,
Inuenies celebrem celebrati muneris vsum.
Ille parens Sophiæ cuius nascentis in ore
Hyblæas perhibent sedem posuisse vòlucres,
Dum cœtum instrueret ciuilem legibus æquis,
Cauit vt aduersos qui se gessisset in hostes
Fortiter, inuictoq; tulisset pectore Martem,
Nil aliud tantæ pretium virtutis haberet
Quam bene dilectæ pauciss ima basia formæ:
Romanos inter veteres gentemq; togatam
Non fora, non circus, non limina priua potentum,
Non quæ prætextos capiebat Curia patres,
Tempserat illecebras doctæ dare basia linguæ:
Turba salutantum tumidi quæ limina regis
Obseruare togâ pluuiam stillante solebat,
Non alium magno cultum præstabat amico:
Cretata ambitio fasces, sellamq; curulem
Dum peteret, per vana leuis suffragia vulgi,
Non aliter tanti redimebat culmen honoris
Quam totas prensando tribus, quam basia dando:
Quinetiam quocumq; loco, quocumq; recessu,
Siue palam in triuijs, seu clam sub tegmine tigni,
Moris erat notos sic exceptare sodales:
Vsq; adeo, vt quondam per tam promiscua passim
Basia, se totam turpis mentagra per vrbem
Sparserit, & vili fœdarit furfure vultus:
Iuduperatores ipsi (si credere fas est.)
Reddere sic soliti sic acceptare salutem:
Testis erit magno deductum nomen Iulo
Iulius, ingratam qui tinxit sanguine Romam
Cæsus ab his, queis colla, manus, queis crura, pedesq;
Obtulit, expectans soliti veneramina basi.

Oſculum præmium ſtrenui militis Plato lib. de rep.

Clientes oſculo ſalutabant Patronos.

Candidati tribules.

Promiſcua & frequentia oſcula mentagram pepererunt Romanis. autor Plinius.

Iulius Cæſar occiſus ab his queis manus & collum oſculanda præbebat. autores Dion. Sue. Plu.

Par

Christus osculo proditus.

Par etiam (si parua licet componere magnis)
Par etiam casus te nobis abstulit, alma
Alma Dei soboles, magnum patris incrementum,
Qui falso obtentu amplexum simulantis Iudæ
Traditus hostili turbæ, crudelibus vmbris
Occumbis, clauisq; cruci suffixus adhæres.
Infidum & crudele genus, mansueta sed atrox
Bellua, quæ falso cultu sic prodis amicos,
Dispeream nisi te iustis mea pagina diris
Hic peteret, patrioq; volens demitteret orco,
Basia si iusto sinerent seruire dolori:
Verùm apage hinc quò tu meruisti, accedite rursus
Basia, plena mei vestro sint nectare versus,
Vos sapitis cuneos redolet quod fusa per omnes
Corycij pressura croci, quod veris honore
Dines humus, molli quod sparsa opobalsama collo,
Diuitibusq; comis lapsæ inter vina coronæ.
Sed mihi nescio quis secretam gannit in aurem,

Beguinæ hæretici affirmabant osculum esse peccatum.

Et Beguinarum moroso more susurrat
Basia turpe nefas, labris non digna pudicis,
Incauto damnosa homini, malegrata tonanti,
Ducere lethalis secum contagia culpæ,
Atq; animæ æternam peccati adspergere labem:
Vana superstitio, pietas præpostera, quæ sic

Oscula impudica Græcis ἐπιγλωσσματα.

Deludis trepidas falsâ formidine mentes
Quære alium cui tu fugitiuæ gaudia vitæ
Legitima eripias, cæcoq; horrore fatiges:
Non ego victuris studeo committere chartis
Basia de lustris & olentis fæce Suburræ
Lecta, columbantis poppismata lubrica linguæ,
Tota sui quinto quæ tinxit nectaris haustu
Diua potens Cypri: sed quæ sine crimine nato

Osculum pacis inter primos Christi-

Det genitor, mater natæ, nouæ nupta marito:
Qualia Christiadum primæui ab origine cætus

Diuidere

Diuidere inter ſe ſoliti cum cinctus ad aras
Staret, & offerret cælo pia vota ſacerdos:
Qualia mortales olim qui morte redemit
Infantem amplexus balbo ſuperaddidit ori:
Qualia conſtringunt certo ſponſalia vinclo,
Et prohibent ſpe coniugij data munera reddi:
Qualia dat prolytæ doctor, dum præmia confert
Detriti Maſuri, & vigilatæ in Codice noctis:
His ego ſi coner iuſtas addicere laudes
Eſſe queat fraudi, ſunt omnia criminis vmbrâ
Tam procul, ac ſacris fidei vicina ſigillis.
Scilicet vt primâ ſpectabis baſia fronte
Res nihili nauciq́, putes & nomina vana,
Sed ſimul in tacitas vires deſcenderis acri
Iudicio, effectuſq́, quibus ſunt fœta notaris,
Egregium inucnies vili ſub cortice fructum
Vt roſeam Phœbi fuſca ſub nube nitorem.
Nonne hoc amplexu linguarum alterna meantum
Ora per & fauces, nodo conſtricta tenaci
Fœdera pangit amor, legemq́, hanc dicit amori,
Vt quoties geminas libuit committere linguas
Oſcula transfundant animas per aperta ſequaces,
Et pariter curent vt amati in corpore totus
Viuat amans, atq́, hic versâ vice viuit in illo.
Deſine mirari quiſq́, legis horrida tabo
Corpora, & infames lepræ liuoribus artus
Indeptos priſcum per baſia ſola vigorem:
Nec magis obſtupeas quiſquis monumenta reuoluens
Hæbraidum, legis æthereas ad luminis oras
Sedibus aſtygijs reuocatam corporis vmbram
Admotis tantum labris ad mortua labra:
Myſtica vis teretis comitatur verbera linguæ,
Non minus infundens animas, quam inſpirat amores
Æternæq́, iugum fidei, & pia fœdera pacis.

anos. dioniſ. Areop. lib. de Euchar.

Chriſtus amplectitur & deoſculatur puerulum in Euangel.

Oſculum ſponſalitium.

Oſculum doctoratus inſigne. Alciat. in pareg.

Oſculum ſymbolum amoris.

Deus dedit pontifex Romanus oſculo lepram ſanauit. Plat. in vit. pont.

Elizeus oſculo mortuum reſuſcitat.

O fœlix, nimium fœlix, cui fata dederunt
Pallenti liuore procul riualis auari
Securos agitare dies, ac ore ab amato
Fercula prædari (dictum sit pace deorum)
Non minus æternæ conuiuis prodiga ~~fumo~~ uitæ
Quam quæ cœlestes onerant conuiuia mensas.
Sed quorsum tam multa (Equitum flos auree) quorsum
Tam plebeia tibi qui tantum grandia curas,
Sit modus: adueniet tempus modo cœpta secundet
AEquus amor, cum tu dominæ de fronte legendo
Lilia, vellendo e labris viola sq; rosa sq;,
Experiere meæ quam sint veracia musæ
Dogmata, cum dices (nisi me mens credula fallit)
Dispeream meus ille olim nisi vera canebat
Aytonus, iustas habeant sua basia laudes:
Interea dextræ istatuæ ceu supplicis arrham
Obsequij Aytonum primis fixisse calendis
Sit satis, & totum vitæ cum sanguine fundum
Addixisse tibi paruæ sub imagine glebæ.
Et quando q; tibi croceo velatus amictu
Arridebit Hymen, cum pronuba Iuno fauebit,
Non sine honore tuas patiar sordescere tædas:
Sed liber, laxisq; ruens in carmen habenis
Arcessam summo Phœbum de vertice Pindi,
Inq; tuas laudes & charæ encomia nuptæ
Expromam totas Permessi prodigus vndas.